Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

A ante H & I

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

Agrioſelinum, ἀγριοσέλινον, Herba eadē cū hipposelino, Dioſ.

Agrippeta, Vide AGER.

Agrippæ, quaſi Aegrippæ, ab ægro partu (ut docet Gellius) dicuntur, quorū in naſcendo non caput, ſed pedes primi exierunt, qui partus difficillimus, & ægerrimus habetur: ab ægritudine & pedib. appellati. Confixos autem pueros eſſe in utero Varro ſcribit, capite infimo nixos ſurſum pedibus elatis, non ut hominis natura eſt, ſed ut arboris. Nam pedes cruraq; arboris appellant ramos: caput, ſtirpē atq; radicem. Quando, inquit, contra naturam fortè converſi in pedes, brachiisq; plerumq; diductis retineri ſolēt, ægriùs tunc mulieres enituntur. ¶Fuerunt autem multi ſic appellati, quorum unus fuit Menenius Romanus cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphavit, & populum qui à patribus ſeceſſerat, in gratiā revocavit, narrato apologo de membris adverſus ventrem conſpirantibus. Hic tam pauper deceſſit, ut collatis in ſingula capita ſextantibus publico ſumptu elatus ſit. Alter Sylvius Agrippa duodecimus Latinorum rex, cujus meminimus paulò antè. ¶Item M. Agrippa, Auguſti gener, navali victoria contra Sext. Pompejum inſignis. De quo Virgil. lib. 8: Parte alia ventis & Diis Agrippa ſecundis. ¶Item Herodes Agrippa, ſecundus Galilæorum Tetrarcha, Herodis primi Iudæorū Regis filius, qui Chriſtū illuſum remiſit ad Pilatū. ¶Fuit præterea alius hoc nomine Ariſtobuli filius, quem à Tiberio in vincula conjectum Caligul. ſolvit, regemq; Iudæorum conſtituit. Vide Ioſephū, & ea quæ infrà annotavimus in dictione HERODES.

Agrippum. [Vn. Vad alay ſa.] Lacones olī ſylveſtrē vocāt. Vnde Adagiū: Sterilior Agrippo, ἀκαρπότερος Ἀγρίππου: de iis qui extremæ ſunt paupertatis, neq; quicquam facultatē poſſidēt. Quadrat & in ignavos nulliuſq; induſtriæ homines. Autores Zenodotus & Suidas.

Agriſis, Herba tùm præcipua dulcedine, tùm hominibus ac jumentis unà in primis uſus, ea potiſſimùm Aegyptii veſcebantur. Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1.

Agroſtes, ἀγρώστης, Phalangii ſpecies, apud Nicandrum.

Agroſtis, [ἄγρωστις. Gall. Dent de chien. Ital. Gramigna. Hiſpan. Grama.] Herba eſt geniculata, per terram ramulis ſerpens, folia habens oblonga & acuminata, in modum parvæ arundinis, qua boves jumentaq; paſcuntur. Latini Gramen appellāt. Vide Dioſc. lib. 4. cap. 26.

Agyrta, ἀγύρτης, [Pol. Kuglarz, matacz. Vng. Szēm fēn veſztō.] Præſtigiatores ſunt & circulatores circumforanei. Nam ἀγυρτεύω inter cætera ſignificat, Præſtigium exerceo.

A ante H & I

Ah, ſive Aha, אהה ahah. ἆ, ἆ, interjectio eſt multorum affectuū ſignificativa. Nāmodò dolentis eſt, ſive cōmiſerantis. Virg. 1. Aeglog. Spem gregis, ah, ſilice in nuda cōnixa reliquit. ¶ Modò admirantis: ut apud Plautū: Ah, quid ais? ¶ Aliquando dehortantis, in qua ſignificatione crebrò occurrit apud Ieremiā & Ezechielem prophetas. ¶ Ah indignantis, ſive increpantis ſeipſum. Terēt. And. Ah, vix tandē. ſenſi ſtolidus. Virg. Aegl. 2: Ah Corydon, Corydon, quę te demētia cepit? ¶ Ah, deſiderātis. Plaut. in Aſinar. Ah, quanto amplius valeres, ſi hic maneres. ¶ Ah, factum alterius reprehendentis. Terent. in Andria: Nam quid ego dicā de patre? Ah, tantámne rem tām negligenter agere. ¶ Ah, objurgantis. Ibidem: Ah, quando ſatiùs eſt te id operam dare, qui iſtum amorem ex animo amoveas tuo. ¶Ah, abnegantis. Ibidem: Ah ne me obſecra. ¶ Ah, reclamantis aut contradicentis. Terent. in Hecyr. Meum receptas filium ad te Pamphilū. BACCHIS, Ah, LACHES, Sine dicam. Vbi donatus, Ah, quod falſum eſt, reclamavit meretrix ſtatim, & voluit contradicere, ſi permitteret ſenex. ¶ Ah, ah, ſuſpirātis. Plautus in Milit: Habe bonum animum. PAMPH. Ah, ah. Quum venit in mentem, mores mihi mutandi ut ſient. ¶In notis antiquis A. H. Alius homo.

Ahēnum, n. ſ. Vas eſt in quo aqua ad lavandū caleſit. [סיר ſir ... χαλκεῖον. Gal. Chaudron ou coquemart. Ital. Caldaro. Germ. Ein Keſſel Belg Een Ketel. Hiſp. Caldera de cobre. Pol. Koçiel. Vng Üſt, vas ſazék. Ang. A cauldron, or any braſſen veſſel wherin water is made hoat for to waſh with.] Paul. in L. Quū de lanionis, de inſtruct. & inſtrum. legat. lib. 33. Pand. Nec multū refert inter cacabos & ahenum, quod ſupra focū pendet. Hic aqua ad potandum caleſcit: in illis pulmentariū coquitur. Virgil. 1. Georg. Et foliis undā tepidi diſpumat aheni. ¶ Ahenum per h interpoſitā inter a & e, non aënum, ut ſonus ſit plenior, jucundiorq; eſſe Gell. lib. 2. cap. 3. ¶ Ahenum ſæpenumerò capitur pro ampliſſimo vaſe in quo tingitur purpura. Vnde multa habet epitheta ex iis locis, in quibus claruit uſus purpuræ: ut Agenoreum ahenum: id eſt, Tyrium, vel Sidoniū. Agenor ſiquidem rex fuit Phœniciæ, in qua fuerunt Tyrus & Sidon, urbes purpura nobiles. Martial. lib. 10 in Captum: Amyclæum ahenum Ovid. lib. 2 de Rem. am. & alia id genus.

Ahēnus, a, um, Aereus. [נחושת nechuſcheth χάλκεος. Gal. Choſe de cuivre. Ital. Coſa di bronzo. German. Ern/kupfferin/ das von Ertz oder Kupffer gemachet iſt. Hiſpan. Coſa de materia de cobre. Pol. Mosiężny, kotlany. Vng. Rézből álló. Ang. Made of braſſe.] Virgil. -& luce coruſcus ahena.

Ahēneus, a, um, Idem Horat. 1. Epiſt.-hic murus aheneus eſto.

Ahertæ, vocantur duæ venæ, quæ ab umbilico & matrice per pectinem tranſeunt infra renes.

Ahu, Interjectio animi perturbati ſignificativa, ἰώ. Terent. Ahu, tace obſecro.

A. I. In notis antiquorum, à judice. A C I M T. actione mandati.

Aigleucēs. [αἰγλευκές. Germ. Süſſer Wein wie Moſt.] Vini genus eſt, quod muſti dulcedinem non amiſit: ita dictum, quòd ſemper muſtum videatur, quale eſt vinum, quod in lacu nunquam deferbuit. Plin. lib. 14. cap. 9.

Aio, ais, ait, ajunt. Præteritum imperfectum habet integrum, perfecti ſolùm ſecūdas perſonas. In imperativo Ai. In futuro optativi, Ajas, ajat, ajamus, ajant. Participiū habet unū Ajens. Reliqua omnia tempora deſiderantur. Aſſero, affirmo, dico. [אמר amar הקים hekim. φημί. Gal. Dire, affermer. Ital. Dicere, affirmare Ger. Sagen oder reden. Belg. Segghen oft ſpreken. Hiſ. Dezir o affirmar. Pol. Powiedam, twierdzę. Vng. Mondom. Ang. To ſay, to alledge.] Cic. 2. de Orat. Et docebo ſus (ut ajunt) Oratorē, &c. Plautus in Aſinaria: Me unicè unum ex omnibus, atq; illā amare ajebat. Nævius: An nata eſt ſponſo prægnans? vel ai, vel nega. Cic. de Finib. bon. Quaſi ego id curem, quid ille ajat, aut neget. Gell. lib. 6: Sive ajas, ſive neges, hęrebis in captione. Priſcianus Ajamus dixit lib. 1. de conſtruct. ¶In actionum formulis hoc verbo antiqui utebantur, Ajo te mihi dare facere oportere: Hunc hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo: id eſt, affirmo, contendo, defendo. Vnde Ajentia, Cicero appellat, quæ Græci forenſi & litigioſo verbo κατηγορήματα. Ex lexico Hotomani.

Ajuga, Herba quę Grçcè Camæpytis: [χαμαίπιτυς dicitur. Gal. Yue muſcate. Ital. Iua, campiteio. Germ. Feldcypreſſen Hiſp. Pinillo. Pol. Polnycypres.] cujus tres ſunt ſpecies, quas vide apud Plin. lib. 24. cap. 6. Alii legunt Abiga, adducti verbis Plinii, qui eam ab abortu nomen habere affirmat.

Aizōon, [ἀείζωον. Gal. Ioubarbe. Ital. Sempre viva. Ger. Hauſwurtz/Katzentreuble. Hiſp. Yerva puntera, ſiempre viua. Pol. Rozchodnik. Ang. A heerbe called Eyegreene, Sengreene, or Sthengreene.] Herba eſt folio carnoſo, lævi, oblongo, & ſemper virenti: unde & ἀείζωον à Gręcis, & à Latinis quibuſdam Sempervivū appellatur. Plin. lib. 25. cap. 13, duo ejus conſtituit genera. Majus in fictilibus vaſculis ſeritur, quod aliqui Buphthalmum: id eſt, bovis oculum, à ſimilitudine vocant. Alii Zoophthalmum: id eſt, animalis oculi: ambitu enim effigiē oculi imitatur. Alii, quòd amatoriis cōveniat, Erogenneton: γεννάω enim gigno, ἔρως amor. Alii Hypogeſon, quoniam ferè in ſubgrundiis naſcitur. Græci n. parteis tecti prominentes γεῖσα vocāt. A Latinis etiā Sedū majus aut Digitellus appellatur. ¶Aizoon minus, quod & Sedum minus à Latinis, à Græcis etiam τρίφυλλον appellatur, quòd ter quotannis floreat. Vulgo Vermicularis, à ſimilitudine foliorum, quæ figura oblonga & propemodum ovali, vermiculorum ſpeciem referunt. Naſcitur in petris, & parietibus vetuſtis. Hiſce à Dioſcoride tertium additur Aizoi genus, folia habens pinguiora, ad portulacæ figuram nonnihil accedētia, ſed hirſuta, brevioriq; cacumine. Herbarii Vermicularem minorem vocant.

A ante L

Ala, f. p. qua aves volant. [כנף chánaph. πτέρυξ. Gal. Aile. Ital. Ala. Germ. Flügel/Fläcken. Belg Een vleughel. Hiſ. El ala del ave ò coſa que buela. Pol. Skrzydło. Vng Szárny. Ang. A wing.] Virg. 1. Aeneid. Vt reduces illudunt ſtridentib. alis. Alas addere alicui dicūtur proverbiali figura, qui verbis alicui addunt animū, & in ſpē bonā erigūt. Gręci ἀναπτεροῦν ajunt. Ariſtoph. in Avibus. ¶Cicadā ala corripuiſti, τέττιγα πτεροῦ συνείληφας, proverbialiter dicitur in eos qui quempiā provocant minimè ex uſu: nā ſi cicadā natura garrulā ala prehendas, clariùs obſtrepit. ¶Interfectionis ala, φόνου πτέρυξ, de ſubito interitu dici ſolitū. Sumpta metaphora ab alatis jaculis, quæ repentè mortem afferunt. Vel θανατηφόρος, quòd ipſa mors ſit alata. Zenodotus. ¶A cujus ſimilitudine Ala etiā dicitur locus ille concavus ſubter brachiū in homine: quia in eo pili quaſi pennæ naſcūtur. [ἡ μασχάλη. Gal. Aiſſelle qui eſt ſous le bras Ital. Aſcella. Germ. Die vchſen. Hiſp. Sobaco. Pol. Podpachy. Vng. Kár alja. Ang. The hollow place vnder the arme wher heare groweth.] Plin. lib. 11. cap. 40: Elephas tantùm ſub armis, duas (ſcilicet mammas) nec in pectore, ſed citrà in alis occultat. Hinc hircinus ille odor concipitur. Horat. Epod. 12: gravis hirſutis cubat hircus in alis. ¶Pro eadem etiam Axillam dicimus: eo quę vocabulo antiqui ſolùm utebantur. Nam Alæ appellatio recentior eſt, fuga vaſtioris literæ ex Axilla effecta: ut ſatis docet Cicero in Oratore, his verbis: Quin etiam verba ſæpè contrahuntur, non uſus cauſa, ſed aurium. Quemodo autem veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? quam literā etiam è maxillis,